

ARTICULUS XVIII.
DE LIBERO ARBITRIO.

1. *Articulo 18. exponunt protestantes suam Confessionem de libero arbitrio in thesi, & contrariam Pelagianorum, & quicum illis faciunt in antithesi.*

*Quidlibet
rum arbitrium.*

2. *Liberum arbitrium dicimus potestatem mentis & voluntatis, quâ homo quod cogitando & dijudicando mente decernit, id voluntate appetit vel abnuit, prosequitur, aut reiicit.*

3. *Subiectum igitur eius, est mens & voluntas.*

4. *Considerandum illud est in quatuor statibus: 1. ante lapsum. 2. post lapsum in hac vita ante regenerationem. 3. post regenerationem. 4. in futura vita.*

5. *Ante lapsum fuit sanum & rectum sine curvitate, obliquitate, & propensione ad vitia.*

*Liberum
arbitrium
antela-
plam.*

6. *Ita enim fecit Deus hominem rectum Eccl. 7. v. 3. actu bonum & liberum simul, ut recto mentis iudicio, quod bonum & malum esset, intelligere, discutere & sana voluntate illud appetere & acceptare, hac au-*

tem